 Exzerpte daraus finden sich [hier](#). Wir datieren nach einem Eintrag in Leibniz' Tagebuch vom 30. Septem- 20
 ber (10. Oktober) 1696; vgl. Pertz, *Werke*, I,4 1847, S. 219.

[Mathild\[is\]](#)

Pascal's Papa in Epistola ad Albericum Abb. Monasterii S. Benedicti supra Padum (apud
 Bacchin. in dipl. Historiae hujus monasterii adjectis p. 57.) Si quid prae⟨ – ⟩ Mathildis
 venerabilis Comitissa de ipsis *rebus quas per Beatum Petrum possidet* vestro monasterio 25
 dederit salva Romanae Ecclesiae proprietate concedimus. Anno incarn. 1005. pontificatus
 sexto[,] ubi et signum crucis, et inter vacua [*Zeichnung: griechisches Kreuz; dessen Balken*
durchqueren den 4-zeiligen Schriftzug: Matilda Dei gratia si quid est ss.]

8–14 p. 114; vgl. F. UGHELLI, *Italia sacra*, Bd. 3, 1647, Sp. 114. 23–S. 22.12 Pascalis . . .
 p; vgl. B. BACCHINI, *Dell' Istoria del Monastero di S. Benedetto di Polirone*, 1696, Diploma, S. 57.

Et ann. 1108. Nos Mathilda Comitissa filia quondam Bonifacii Marchionis et Dux in dipl.p. 69. Et 1103. Anno ab incarnatione ejus C.III post mille indict. (IL.) <praes> quidam Mathilda venerabilis marchionissa et Guido Comite dicto <Guerra> filius b. m. Guidonis comitis in dipl. p. 73. Et p. 96. in castro Brixillo annus non adest Ego in Dei nomine
 5 Mathilda comitissa et ducatrix filia quondam Bonifacii bonae memoriae qui fuit Dux et Marchio[.] Modernus aliquis inseruit clausulam supposititiam: Ego quoque Vuido Comes qui dicitur Verra filius Vuidonis Comitis factus adoptivus filius supradictae Dominae Comitissae Mathildis v. Bacchin[.] dipl. p. 80[.] Dipl. p. 87. Ann. 1110. Ego Mathildis filia quondam Bonifacii Marchionis[.] Et dipl. p. 93.ann.1112. Ind. 5. Ego Mathilda Comitissa
 10 Dei gratia si quid sum. p. 101 dipl. ann, 1114 Mathilda Dei gratia si quid est et dipl. p. 108 ann[.] 1115 Ego Domina Comitissa Mathilda filia quondam Bonifacii Marchionis quae professa sum lege vivere salica p.

45. EXZERPT AUS UGHELLI, ITALIA SACRA, BD. 3
 [Ohne Datum.]

15 **Überlieferung:**
 L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 45](#). Kurzer Streifen.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes (mit Provenienz HOFBIB) findet sich heute in [HANNOVER NLB Gi-A 7187:3](#); weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

[Mathildis](#)

20 Monumentum Beatricis matris Mathildis Pisae Ughell. Tom. 3. in AEp. Pisanis. p. 413. obiit Beatrix 1077. 14 Kal. Maii ex vetere Chronico Pisano quod ibi citat Ughellus sequitur ibidem diploma Mathildae . . . *Ego Mathilda filia q. Bonfacii marchionis et ducis quae professa sum lege vivere Salica . . . offero [. . .] in eodem Pisanenis Episcopio . . . curtes et castra . . . confirmo insuper per cultellum festucam nodatam, Wantonem et Vasonem terrae*
 25 *seu ramum arboris ad partem ipsius Episcopii legitimam facio traditionem et investituram et me inde [. . .] expulsam guarpiui et absentem me feci . . . ut anniversarium matris meae Beatricis honorifice celebretur . . . Actum in burgo Marture feliciter [. . .] Anno [. . .] 1078 sexto Kal. septemb. indict. 15[.]*

46. EXZERPT AUS GAMURRINI, ISTORIA GENEALOGICA

[Nach 4. März 1697.]

Überlieferung:L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 46](#). Kurzer Streifen.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes konnte noch nicht gefunden werden; weitere Exzerpte 5
daraus finden sich [hier](#).

[Mathildis](#)

Gamurrimus vol. 3. fol. 62 in Archidico Camaldalensi (appresso Agostino Razzi istoria 10
Camaldolese) scriptura est antiqua quae dicit Tedaldus vir religiosissimus Aretinus qui
postea fuit Episcopus. Hinc cum iste fuerit patruus Mathildis, colligit Mathildem fuisse
Aretinam, sed error est iin commate legendum vir religiosissimus Aretinus qui postea fuit
Episcopus[.] Camaldoli, locus.

47. EXZERPT AUS ACHERY, VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM SPICILEGIUM,

BD. 5

[Ohne Datum.]

15

Überlieferung:L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 47](#). Kurzer Streifen.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes (mit Provenienz HOFBIB) findet sich heute in [HANNO-
VER NLB T-A 5938](#); weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

[Mathildis majores](#) 20

Eodem¹ tempore (951) venerunt Atto Comes et Adelguda Comitissa uxor ejus ad dn 20
Ildericum Abbatem, et facta conventionem acceperunt a Monasterio Poscadiensi benefici
adine Curtem de Cellectum tenementis suis, possessione terrarum ad mensuram trifidei
seminis inodiorum quingentorum sub praefixo tempore et annuo censu, acceptis inde soldis
quingentis[.] 25

Chron. monasterii Casamiensis vel Piscernensis 951. quod exstat apud Dacher.
Tom. 5.

¹ Non puto esse Attonem <Canusanum>

Idem ad 987 ita habet: quid a⟨ – ⟩ suprascriptus Comes fuit qui Atto vocabatur, qui Veneris ad praedictum Abbatem Johannem accepit ⟨ – eo ⟩ in Comitatu Aprutino duas curtes etc. in Pi⟨ – ⟩ensi civitate ⟨ – ⟩ . . . in Teatino . . . cum uxore sua nomine Aldegude, et ipsi defunctus nepos ejus Comes Transmundus possideret easdem etc.

- 5 48. EXZERPT AUS UGHELLI, ITALIA SACRA, Bd. 3
[Ohne Datum.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 48](#). Kurzer Streifen.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes (mit Provenienz HOFBIB) findet sich heute in [HANNO-
10 VER NLB Gf-A 7187:3](#); weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

[Mathildis](#)

Urbanus II. papa Daiberto Pisanorum Episcopo scribens precibus incitati carissimae quo-
que B. Petri filii Mathildis Comitissae (Hic vocat comitissam tantum) . . . Anagninae 1092.
pontificatus anno V. ipsa se interdum ducem interdum Marchionissam vocat postremo
15 evitans titulos dixit Mathildis dei gratia si quid est . . . papa eum facit ibi AEpum Corsicae.
Ughell. T. 3. in Pisan. p. 424[.]

49. EXZERPT AUS DU CHESNE, HISTORIAE NORMANNORUM SCRIPTORES
[Ohne Datum.]

Überlieferung:

20 L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 49](#). Streifen.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes findet sich heute in [HANNOVER NLB Gf-A 10056](#); weitere
Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

Guelfica posteriora [[Welfica posteriora](#)]

Rodbertus Fresio, Arnulphus, Balduinus, Udo Treverorum AEpus et Henricus clericus, et
25 *Mathilda regina (+ uxor Wilhelmi Conquestoris) +) atque Judith uxor Tostici Comitissae, so-*
boles Balduini et Hadalae fuit. Ordericus Vitalis lib. 4. Eccles. Hist. ad ann. 1071.

12–16 Urbanus . . . p. 424: vgl. F. UGHELLI, *Italia sacra*, Bd. 3, 1647, Sp. 424.

50. NOTIZ NACH COSMAS VON PRAG

[Ohne Datum.]

Überlieferung:*L* Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 50](#). Unregelmäßiger Zettel.

Cosmas Pragensis de alapa quam Mathildis ducatrix Guelfo marito dedit[.]

5

51. EXZERPT AUS KETTNER, ANTIQUITATES QUEDLINBURGENSES

[Nicht vor 1712.]

Überlieferung:*L* Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 51](#). Zettel.Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes findet sich heute in [HANNOVER NLB G-A 1839](#); weitere 10
Exzerpte daraus finden sich [hier](#).An credibile Mechthildem Reginam *Lutgari sorori Henrici Aucupis praedium in Frisia*
donasse, tanquam Abbatissae Gandeshemensis[.] Ketner diss. de prima Abbatissa pag. 116.
tract. insert. in opus diplomatatum[.] Notandi bene comites et Episcopi pag. 32. operis de
diplom. 15

52. EXZERPT AUS BACCHINI, POLIRONE

[8. Oktober 1696 bis 10. Oktober 1696.]

Überlieferung:*L* Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 52](#). Streifen.Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes findet sich heute in [HANNOVER NLB Gi-A 30](#); weitere 20
Exzerpte daraus finden sich [hier](#). Wir datieren nach einem Eintrag in Leibniz' Tagebuch vom 30. September
(10. Oktober) 1696; vgl. Pertz, *Werke*, I,4 1847, S. 219.Guelf. posterior [[Welfica posteriora](#)]Cosmas Pragensis ineptia narrat de Mathilde quasi prima nocte <cognita> impotentia Guel-
fum rejecerit[.] Verba Bertoldi de Mathildi Welfonis connubio copulatur et hoc <utique> 25

24-S. 26.13 Cosmas . . . junxisse: vgl. B. BACCHINI, *Dell' Istoria del Monastero di S. Benedetto di Polirone*, 1696, S. 102–105.

non tam pro incontinentia quam pro Romani pontificis obedientia Bacchinus fuisse pactum expressum <castitatis>. Guelfus testat(que) <–>[.] Putat Bacchinus lib. 3. p. 103. <Neminem> hoc scivisse nisi papam, assentientem matrimonio quia ita salva donatio pacta Eccl[esi]ae. Sed aliud Guelfi consilium, qui sperabat ditiones. De bello Henrici IV. contra
 5 Guelf. et Mathildem Bacchinus p. 10(9). lib. 3. Welfum italicum <–> vocat Bertholdus 1091. unde <apparet> Ducem Thusciae se gessisse (+ narrat Domnizo[+]) Deliberatum apud Mathildem an pax facienda 1091. cum praevaleret Henricus. Credibile est Guelfum ducem senem tunc pacem suasisse, <item> de pace tractabat cum Henrico ut restitueretur[,] tunc prima <s- a> discordiae cum Mathilde. vid. Bacchin. p. 111. 1095. se penitus Guelfus a
 10 Mathilde[,] sequestravit Bertholdus. Nempe ut Urspergens. anno 1094. Guelfus pater tunc a Rege in Bavaria restitutus.

Suspiciatur Florentinus Conradum filium Henrici IV. missum a patre ut occuparet ditionem Adelaidis Taurinensis Comitissae, occasione usum se Mathildi junxisse[.]

53. EXZERPT AUS VORBURG, HISTORIA RERUM GERMANICARUM, 1709

15 [Nicht vor 1709.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 53](#). Zettel.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes konnte noch nicht gefunden werden; weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

20

[Mathild\[is\]](#)

Ratherius Leodiensis Episcopus dum in mores hominum verbis et scriptis mordaciter nimis inveheretur, inductis ei quantuliscunque episcopii redditibus a sede propulsus id Lobiense coenobium, ubi Monachus fuerat, recessit Anselmus de Episcopis Leodiensibus c. 45. ex Aegidio . . . Ablata est omnis spes restitutionis ejus conspiratio enim gravissima facta est,
 25 quae nisi et hic penitus amoveretur et eundem locum Baldricus, qui erat de magnatum terrae illius prosapia oriundus, subrogaretur sedari non posse visa est . . . cum imperatore Germano suo (dominus Briano) id effedit ut Ratherio Episcopo bis jam destituto antiqua sedes Veronensis Ecclesiae redderetur. At non hic finis angustiarum ejus, siquidem Verona passus est ab Hugone in Italia regnante. Cujus expulsionis eam afferunt causam, quod in
 30 prava ejus mores in-citus est; potius vero ejectionis ea fuit causa, quod in suspicionem adductus esset quod in Italiam contra eundem Ugonem Arnoldum (+ puto Arnulfum Bavarum +) vocasset, ob idque de triplici sua ejectione ipse lusit hoc versu: Veronae praesul, sed ter Ratherius exul. Idem

Haec exhibens Vorburgius in Ottonibus ad ann. 955. annotat: *Hac ultima vice ab Hugone [. . .] amplius non erat, pelli non potuisse. Si Veronam redierit fortasse id factum per Berengarium Germanis diffidentem, [. . .] quanquam [. . .] Adelheidim ex Gardana arce profugam ab Adelardo circa haec tempora Veronae Episcopo receptam legamus.*

54. EXZERPT AUS BACCHINI, POLIRONE

5

[8. Oktober 1696 bis 10. Oktober 1696.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 54.](#)

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes findet sich heute in [HANNOVER NLB Gi-A 30](#); weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#). Wir datieren nach einem Eintrag in Leibniz' Tagebuch vom 30. September (10. Oktober) 1696; vgl. Pertz, *Werke*, I,4 1847, S. 219.

[Mathildis](#)

Nuptiae Bonifacii cum Beatrice videtur <celebratae – in> 1039 regresso Conrado I imp. in Germaniam[.] Florentinus ex documentis ostendit Bonifacium affuisse imperatori et imperatrici Gisalae sororis Beratricis (+ sic noster +) in Tuscia[.] Henricus filii Conradi habuit auxilium Bonifacii in bello Burgundico <-latus> <- pluribus> praeter <Donnizonem> non <memorato> p. <241> circa ann. 1041 diplomata Bonifacii et Beatricis[.]

1046 nata Mathildis nam Donnizo ait obiisse 1115. in vigil. S. Jacobi anno aetatis 1046. Florentinus <nata Lucae> suspicatur sed Agnelli Annal[.] Mant. nata Mantuae, quia Septemb. 1045. ibi dedit diploma, et Martii 1046. <aliud et> post obsidioni Veronae per ducem Austriae affuit, quae capta in julio. Sed quia Beatrix non <-ata –> alibi fuisse videtur

Donnizo nihil de morte Bonifacii <-> aliae vitae Mathildis antiquae Ms (+ an Bachinus tales habeat inquirendum +)¹ Hermannus occisum <in – bus curtilibus>. Hermannus contractus tyrannum vocat.

25

Credibile est Mathildem cum Beatrice fuisse ab Henrico III. abductam p. 39.

Stephanus frater <Goz> Godefridi mariti Beatricis, puero Henrico IV. venit Florentiam 1058, martio eo <-tio> secundum Ostiensem, ut fratri Godefrido imperium curaret. Sed ibi obiit[.]

¹ *Darüber interlinear:* Tale Msc. in <-> Monasterii simul cum Donnizone v. p. 238
Anstreichung am Rande

30

1069 Mathildis juveni Godefrido² nupta anno aetatis 24[,] <circa> Natalem domini ejusdem anni obiit Godefridus pater

Marchio Obertus Mathildis hostis apud Donnizone, suspicatur Bacchinus fuisse factum Marchionem Tusciae ab imperatore in <odium> Mathildis p. 85 cum is fuisset a
5 Mathildi <- ctus> fecit <eu> Comitem Parmae Ubertum filium Arduini p. 86.

Inter inimicos Mathildis qui obiere Marchiones Adalbertus et Reginerus 1085 p. 89

1090.³ indict. 13. 9 Sept. Ubertus filius Arduini comes parmensi,⁴ in <Manerba> Castello <un> terra considerabile del Bressario) habitans ubi data ejus diplomata, donat monasterio Padolironis capellam S. Justi cum 100 <- ageribus> terrae. Eodem die et loco,
10 iisdem testibus donat Monasterio S. Petri Cluniacensi⁵ terram Medola cum corte et pertinentiis exceptis iis quae Padolironensi Mon. donaverat et capella donato S. Prospero qui videtur esse Regiensis. Eidem monasterio Cluniacensi dat terram Solfarini. Eadem repetita alio diplomate 1095, idem 1094 ind. 1. 20 Maji donat Padolironensi monasterio omnes
15 servos et homines habitantes in dicta terra ipsis donata[.] Et anno 1091. idem Obertus comes, qui titulum comitis dat patri Arduino consilio suorum fidelium, pro anima conjugis Imildae dat Monasterio Padolironensi pascua quaedam et sylvas, et monachos et eorum homines onere hospitalitatis eximit. Potentem oportet fuisse cui bona essent a Meldola et Solfarino ad Manerbam vel Minerviam, et cui filium habenti post <tot> donata, restare debebant majora. Anno 1045 Gisla filia⁶ Arduini, etiam nationis longobardiae,
20 atque <adeo> Uberti soror (ut videtur) in Meldola quaedam bona vendit. Se esse de Comitatu Parmensi <- - -> Monasterio Padolironis. <vckba>: Gisla filia Ardoini filii quondam Attonis de Comitatu parmensi Ardoinus videtur tunc vixisse 1045. Potuit <esse> natus circa 980. Atto autem pater Thedaldi potuit mortuus esse Januar. 984 per characteres chronologicos Donnizonis, <con - o ra - us> ejus et consanguineus Atto qui cum Attone
25 patre Thedaldi anno octavo Berengarii et Adalberti contractum fecit[.] Videtur fuisse pater Arduini patris Uberti nostri. Vocat se Atto filio⁷ quondam Attonis de comitatu parmensis. Videtur ergo Ubertus noster ejusdem stirpis fuisse cum Mathilde. Fieri potest ut Arduinus quem Gisla filia non vocat Comitem, <fuerit> hanc dignitatem postea demum adeptus et reliquerit filio[.] Uberti⁸ nostri filius alius Ubertus 1105[,] Imilda ejus conjux poterit esse

30 ² *Darüber interlinear*: <G-o>

³ *Am Rande*: Bachhin[,] p. 129[,] 121[,] <1/5>99

⁴ *Darüber interlinear*: dipl. p. 35

⁵ *Dazu am Abschnittsanfang*: vide ipsa diploma relatum in fasciculo Dipl. adjecto p. 33 sqq

35 ⁶ *Darüber interlinear*: dipl. p. 38

⁷ *Darüber interlinear*: dipl. p. 41 ubi <qu- -> Attonem

⁸ *Darüber interlinear*: dipl. p. 64

illa pro cuius anima bona quaedam dat monasterio S. Justinae in Padua dat Juditha conjux Manfredi (+ forte soror Imildae)[.] <Apud> Cavaccum Hist. Mon. S. Justinae ad ann. 1129 <idem> notat se profiteri legis longobard<icae> in alio diplomate quem < – nomen> titulus Comitissae, <tempus>, Natio longobarda [.] Anno 1105. Uberrus parmensis comes Uberris comitis filius. Sed de posteris ejus amplius nil constat, etsi videatur Mathildi supervixisse.⁹ 5

Contra eos qui Guidonem Guerram faciunt Mathildis cognatum disputat Bacchinus p. 169. seqq. et merito sentit <concurrere> cum ea quod ipse bona de quibus agebatur ad piam causam in feudum ab ea teneret. Et <optime> notat p. 172. Guidonem, lege Romana usum cum Mathildis tam salica tam longobarda uteretur. Fatetur idem Bacchinus Mathildem superiorem recognovisse imperatorem p. 188. sed limitat ad ea quae non possidebat, 10 ut Mantuam, qu<-i>s credat imperatorem qui ne papae quidem res imperii tenebat Mathildis causa deseruisse. Imperator <privilegiis confirmari quae comiti- et alii dederant – –> p. 189

Omnes pene scriptores Itali familias quas tractant, ex Sigefredo derivant < –> Heroes velut et equo Trojano[.] Bacchini[.]

Hist. Monasterii S. Benedicti lib. 1. pag. 6. Sanguis Priami non nobilior Donnizoni 15 p. 7[.] di qual madre questi (Atto filius Sigefredi, cum Sigefredo et Gerardo fratribus) pascessero resta sepolto nell obliuione, ma non lascia di appalefarla nobile, e con spiena di <sangue> il dirsi da Sigiberto Adelaide vedua di Lothario congiunta con <sangue> ad Attone e poiche per via della sola madre ciò <p-te> accadere (+ cur +) p. 8[.] Attone da Alardo vescovo di Reggio ottenne per li stipendii di molti anni nel quali l'haveva servito di 20 soldato la rocca di Canossa p. 8.

Ludolfum filium Ottonis occisum fuisse in Italia refert autor p. 8. fide Donnizonis sed falsa narrat[.]

Atto jam comes anno 8 regni Berengarii[.] ab Attone alio Parmensi cognato nescio quod emens in Sarzanensi tractu. 25

Atto vel Adalbertus Comes Mutinensis in contractu anno sexto Ottonis celebrato p. 12 (vid. dipl. p. 12.)

Atto vivebat adhuc 970. Uxor ejus Hildegarda obiit XI. Feb. die Sabbati duobus ante maritum diebus, Donnizo. Hinc necesse est obiisse anno 973, vel 978, vel 984[.] Ughellus ex Ms. Hist. Marcantonii Guarini inscriptionem refert, quae vult Hildegardim sepultam 30 970. in Eccles. S. Barthol. prope Ferrariam, sed cum in Canusio sepultam dicat Donnizo falsam esse oportet inscriptionem p. 13.

⁹ *Am Rande neben den letzten Zeilen des Absatzes:* <cum> ipse Arduinus Comes de comitatu parmensi filius Attonis dipl. Bacchini p. 40 ubi et Julitta ejus Conjux. Id est Juditha conjux 35

Tedaldus Marchio Tusciae Florentinus ex conjecturis. < – > Lucae <dominatu> quae tunc sedes ducatus Tusciae, ex donationibus quas fecit Abbatiae di Sesto in Lucensi Comitatu. < – > alterius Marchiae Marchio esse debuit quando in donatione Monaster<–> S. Ben. in Padolirone anno Henrici regis in Italia quarto v. dipl. p. 16 et anno 1007. dipl. p. 69 et se et patrem Adalbertum vocat Marchionem (+ hoc Donnizoni < – > de patre +) Adalbertus eum ut ex Florentino patet Marchio Tusciae esse non potuit p. 14. 15[.] 1007. Tedaldus fondavit Monaster. Padolironis[.] Et tamen antiquissima carta donationis est a filio ejus Bonifacio 1005. Ipsius et Mathildis chartae Thedaldum faciunt fundatorem. Oportet Bonifacium patrem cecisse gubernaculis vel filio admisisse p. 24

- 10 Richildis uxor Bonifacii ducis filia Giselberti principis, ut ait Domnizo. Non videtur esse Giselbertus¹⁰ de quo Luitprandus lib. 3. qui tempore Hugonis regis Italiae (qui coronatus 923) floruit, et uxorem duxit sed <pos- > ejus de quo Florentinus <quo patet> fuisse imperatoris Cunigundis fratrem occisum in Pavia a <fautoribus> Arduini referente Ditmaro 1005. Ex vita S. Simeonis patet amplius Bonifacium et Richildis non fuisse post 1020, sed ante 1013 <p. 29>[.] Scriptor vitae sancti Simeonis fuit contemporaneus.

Richildis filia Giselb. com. pal. in dipl. dato 1035. <Id. Api> dans Monasterio Padolironis massaritias duas in loco Compagnola p. 36

Bonifacius <fuit> Marchio Tusciae a Conrado imperatore in Patavinum 1033 post <mortem Reinerii> diploma 1034. ubi Bonifacius dicitur Marchio et dux Tusciae p. 3<9>[.]¹¹

- 20 55. EXZERPT AUS UGHELLI, ITALIA SACRA, BD. 3
[Ohne Datum.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 55](#). Kurzer Streifen.

- 25 Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes (mit Provenienz HOFBIB) findet sich heute in [HANNOVER NLB Gi-A 7187:3](#); weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#).

Mathilda [[Mathildis](#)]

In nomine S. et I. T. Anno ab incarnatione domini MC Ego Mathilda Dei gratia si quid sum, una cum Guidone Comite et ejus filio Guidone Guerra vocato . . . ut nullus deinceps

¹⁰ Am Rande: NB

- 30 ¹¹ Am Rande neben den letzten Zeilen der Seite: sed obstat quod de se dicit ex natione mea vivens lege longob. p. 24 in dipl. adjunct.

dux vel Marchio comes vicecomes gastaldio . . . monasteria [. . .] praesumant solita injuria molestare . . . Actum est hoc Florentiam per manum Rogerii capellani praesidente domina Mathilda in palatio suo feliciter: signum Mathildae. Ego Petrus pistoriensis Episcopus subscripsi. Ego Guido Comes libens subscripsi. Ego Paganus Dei gratia Romanae Ecclesiae Cardinalis subscripsi. Subscribunt deinde et Ardericus iudex, et Ubaldus advocatus[.] 5
 Et ipse Rogerius capellanus *quondam Regini praesulis*, qui se ait *hujus [. . .] institutionis* fuisse dictatorem et scriptorem nec *⟨piguise⟩* ipsum hoc scriptum *⟨etiam –⟩* perficere. Est apud Ughellum in T. 3. in Ep. Fesulanis fol. 307. *⟨Sequitur⟩* ibidem aliud p. 308. quod incipit *in nomine domini Dei aeterni Anno ab incarnatione ejus 103. post mille XIII Kal. Decemb. indict. 12. auctoritate patris et filii et sp. s. Nos quidem Mathilda venerabilis* 10
Marchionissa et Guido Comes dictus Guerra, filius Domini Guidonis Comitis et ego Mathilda jam dicta Marchionissa vivente lege saliga . . . offerimus . . . videlicet villas [. . .] terras . . . ad sustentationem fratrum qui sunt in Vallumbrosana Congregatione . . . Actum in loco qui dicitur Monasterio s. salvatoris comitatu Aretino. Signum Mathildae (Mathilda dei gratia si quid est) signum manus praedicti Guidonis comitis. 15

56. EXZERPT AUS UGHELLI, ITALIA SACRA, BD. 3

[Ohne Datum.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: [Ms XXIII 182 Bl. 56](#). Kurzer Streifen.

Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes (mit Provenienz HOFBIB) findet sich heute in [HANNO-VER NLB Gi-A 7187:3](#); weitere Exzerpte daraus finden sich [hier](#). 20

[Mathild\[is\]](#)

. . . Ego Lambertus sanctae Florentinae Ecclesiae hoc quamvis non aequis mentis Episcopus . . . nec non et pro anima Conradi imperatoris serenissimi senioris mei necnon et pro anima suae praeclarae conjugis Gislæ excellentissimæ imperatricis, nec non et pro salute Henrici filii sui, atque pro remedio animarum Imperatorum sive regum istius regni atque pro salute et remedio animarum ducum seu Marchionum Tusciae, et pro salute et incolumitate clarissimi Marchionis Bonifacii etc. concedo etc. data anno dominicae incarnationis vigesimo octavo post mille et anno imperii domini Conradi serenissimi imperatoris secundo in mense Julii indictione undecima feliciter exemplata[.] 30

23–30 *exemplata*: vgl. F. UGHELLI, *Italia sacra*, Bd. 3, 1647, Sp. 68–69.

57. EXZERPT AUS BARON, MANDUCATIO AD MORALEM THEOLOGIAM
[Ohne Datum.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: Ms XXIII 182 Bl. 57. 8°. 1 S.

5 Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes konnte noch nicht gefunden werden.

Mathildis majores

Cardinalis Annibaldus ex familia praedicatorum, nobilitate sanguinis ex antiquis Romanis consulibus et morum sanctitate celebris, sed notior dicatus ejus nomin(i) secundis D. Thomae in Magistrum sententiarum Commentariis, quae prioribus collata, posteriores curas dixeris, cum eo genere morbi laboraret, qui non aliis posset curari remediis quam quibus putridum semen cum aliqua titillatione ejiceretur, maluit vir religiosissimus mori quam ejusmodi remedium usu diutius vivere[.] Nostra aetate Philippus III. Rex Hispaniarum cognomento Pius, cui addendum Cluseo, etiam Casti, quod decessorum Alphonsus nomine consecutus est., principi vix ad quadrogesimum Annum, provento suadebant Medici remedium praesentissimum depellendo putrido semini quo, post obitum uxoris castissimae lethaliter laborabat, sed confessarii ex dominicana familia magis placuit quam Medicorum consilium, et rejecto quod semen cieret remedio gloriosissimae martyr castitatis occubuit. Vincent. Baron, Ep. moral. part. 2. pag. 70. (Add. Godfrid. Ep. Brix. +)[.]

58. SUR LA REINE MATHILDE FEMME DE HENRI

20 [Ohne Datum.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: Ms XXIII 182 Bl. 58. Zettel.

Si credimus auctori vitae Mathildis Reginae Henricus missus est cum comite Thietmaro suo magistro a patre ad monasterium Herivordiense ubi educabatur sub Abatissa Mechtilde matre Thietrici; Tribus post annis Otto dux obiit Atque haec dicuntur facta sub Conrado Rege. Mechtildis pater Thietricus in occidentali regione Comes, mater Reinhildis Danorum Frisonumque genuine progenita. Mechtildis Abbatissa videtur fuisse vidua Reginberti, et haec acta sunt sub Rege Conrade. Henrici mater Hathui[.]

Ita vita Mathildis et Ditmarus.

Ipse Ditmarus lib. 1. narrat Henricum vivo patre duxisse Hatheburgem filiam Ervini senioris, viri in anitqua civitate divitis, qui haereditatem suam binis filiabus reliquit. Eam jam viduam fuisse vetatam, et tamen ductam. Sed Sigsimund, Ep. Halb. eis conjunctione interdixisse, et ad synodum vocasse. Imperatorem tamen (dicendum erat Regem) jussisse causam ad se differri post haec Ottonem pu< – > Cal. Xb. obiisse. Conrado Rege extincto 5 Henricum Regem demum Mechtildem duxisse; cum Tancemarus ei jam Hatheburge natus fuisset.